



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.


Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1759

VD18 90117824


§.1. Concilium Agathense.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)



HISTORIA ECCLESIASTICA.

LIBER XXXI.



S. SYMMACHUS, PAPA.
ANASTASIUS, IMPERATOR,
ET THEODORICUS, REX.

§. I.

Concilium Agathense.

Trafamundo Vandalorum Rege in Africa Catholicos hunc in modum persequente, Alaricus Rex Visigothorum in Hispania æque Arianus tamen eos clementer habebat. Is in eodem modum Romanorum Subditorum suorum, quorum plerique Catholici erant, Codicis Theodosiani aliorumque librorum antiqui Juris Epitomen conscribi jussit, atque consentientibus Episcopis, & cujusque Provinciæ Optimatibus, Re-

Sæculum VI.

A.C 506.

to.4. p.1381.

Common. in

fronte Cod.

Theod.

N 3

gia

Sæculum V.
A. C. 506. gia Auctoritate confirmavit. Plerisque hujus compendii Articulis expositiones seu verius Rei Summa apposita, quo facilius caperentur. Anianus Regiis Tabulis Præfectus hanc Collectionem Atyri in Aquitania anno Regnantis Alarici 22. Jesu Christi 506. promulgavit, eamque eodem anno quarta Febr. Tolosæ Rex sua Auctoritate communivit.

Eodem anno Regem licentiam faciente illius Regni Episcopi in urbe Agathensi convenerunt. Adfuere viginti quatuor Episcopi ex diversis Galliæ Provinciis, quæ Visigothis parebant. Inter alios occurrunt S. Cæsarius Arelatensis, qui Concilio præfuit, Cyprianus Burdegalensis, Tetradius Bituricensis, Heraclianus Tolosanus, Sophronius Agathensis, Quintianus Rutenensis. Item venerant Legati decem Episcoporum absentium, & ultimo loco ponitur Leo Diaconus, a Vero, Episcopo Turonensi, missus. Hoc Concilium celebratum in Ecclesia S. Andree, in qua hujus Apostoli Reliquiæ servabantur, tertio Idus Sept. Messala Consule, Regis Alarici anno 22. nempe 11. Sept. anno 506. Quamprimum Patres fuerunt collecti, flexis genibus orarunt, ut Deus longam vitam, & prosperitatem Regi daret, deinde etiam orarunt pro populo, moxque omnes confidentes de Disciplina Ecclesiastica conferre cœperunt.

Cano-

Canones quadraginta octo condiderunt, quibus postea viginti quinque alii adjuncti sunt, verisimiliter in Conciliis posterioribus editi. Hi Canones Disciplinam a pluribus aliis Conciliis inductam confirmant. Præ ceteris memoratu digna mihi videntur sequentia.

Qui a parentibus suis Ecclesiis, aut Monasteriis donata retinent, Ecclesia excludentur tanquam pauperum latrones, donec restituerint. A Concilio Agathensi hic aliud citatur, nempe Vasionense anno 442. celebratum. Quod aliquis privatus Episcopo pro salute Animæ suæ non autem in commodum Episcopi donat, Ecclesiæ acquiritur. Episcopi non Domos, non Mancipia Ecclesiæ, non vasa Sacra alienare possint. Si vero utilitas Ecclesiæ poposcerit, ut ea vendantur, aut in usum fructum concedantur, causa a duobus tribusve Episcopis examinetur, & si subscripserint, tunc demum alienatio rata habeatur. Episcopus Servos, qui Ecclesiæ utiles fuerunt, manumittere possit, & Successores ejus Manumissorum Libertatem, & Bona, quæ cum manumitterentur, ipsis donata fuerint, tueantur, si modo ea viginti solidorum aureorum valorem non excedant, sive ædes sint, sive agri, aut vineæ. Episcopus Clericis, aut Exteris usum rerum minoris valoris, & quæ Ecclesiæ minus utiles sunt, aut etiam exi-

Sæculum VI.
A. C. 506.

Not. Sirm.
p. 1380.

c. 4.

Sup. XXVI
p. 52. Conc.
Vas. c. 4.

Conc. Ag.
c. 6.
c. 7.

Canones
Concilio Agathensis.

c. 45.

Sæculum VI. stente casu necessitatis alienare possit,
 A.C. 506. quin Confratres suos consulat. Eadem

c. 46.

c. 33.

c. 26.

c. 36.

Sup. XXX.
 §. 54.

c. 22.

c. 2.

Episcopo circa Servos fugitivos, qui custodiri non possunt, potestas sit. Si Episcopus non habens liberos alium quemquam & non Ecclesiam Hæredem relinquat, omnia, quæcunque de Bonis Ecclesiæ alienavit, vindicentur, si liberos habet, ob bona ipsis relicta Ecclesiam præstabunt indemnem. Clerici, qui conscriptos Ecclesiæ Censuræ fraude averterint, ex Bonis suis indemnem præstabunt, & excommunicabuntur.

Omnes Clerici, qui Ecclesiæ fideliter serviunt, Salaria pro officii sui modo accipiant. Hæc quidem antiqua erat Regula, verumtamen jam tunc illius consuetudinis origo deprehenditur, ut Clericis agri in usumfructum darentur, ut diximus. Idem ex alio hujus Concilii Canone dispicitur, in quo Presbyteris, & Clericis sive in Civitate, sive in Diocesi sint, facultas datur, Bona Ecclesiæ cum Episcopi consensu retinendi, salvo tamen Ecclesiæ Jure, & ita ut ea vel vendere, vel donare nequeant; transgressoribus pœna dictatur: ut ex Bonis propriis Ecclesiam indemnem præstent, & excommunicentur. Ecce Beneficiorum originem! Clerici non obedientes, qui Ecclesiam adire negligunt, & officio suo non funguntur, ex Albo eradentur, & ad

Com.

Communionem Exterorum redigentur, id Sæculum V.
 est, tanquam Cleriei exteri habebuntur. A.C. 506.

Si errorem correxerint, restituentur. Si
 Clericus Ordinis sui functionem omittat, c. 8.
 & ad Judicem Sæcularem confugiat, ut
 Disciplina rigorem devitet, & ipse, &
 qui eum receperit, excommunicabuntur.
 Clericus neminem in Judicium vocet co- c. 32.
 ram Judice Laico sine consensu Episcopi,
 præsertim actione criminali. Respondeat
 autem, si ipse vocetur. (*) Laicus, qui
 contra Ecclesiam, aut Clericum temere
 Actionem moverit, & causa ceciderit, c. 20.
 excommunicabitur. Si Clerici longos
 capillos nutriant, eos Archidiaconus et-
 iam invitis abscindet. Vestes quoque, c. 16.
 & calceamenta Clericalem Modestiam
 deceant. Nempe illa Barbarorum Gens, c. 17.
 quæ in Galliis dominabatur, prolixum
 alebat capillitium. Diaconi non ante an- c. 19.
 num 25. Presbyteri, & Episcopi ante tri-
 gesimum ordinentur, velamen Virgini-
 bus ante annum ætatis quadragesimum
 non detur.

Qui Poenitentiam petunt, impositio-
 nem manuum & Cilicium in capite acci-
 piant, sicut ubique more introductum est.
 Si nolint sibi capillos rescindi, aut vestes
 mutare, rejiciantur. Raro juvenes ad

N 5 Poeni-

(*) Nempe in Judicio Civili, non autem in
 Criminali.

Sæculum VI. Pœnitentiam propter ætatis imbecillita-
 A. C. 506. tem recipientur. At in Articulo mortis
 nemo a Viatico, id est, Absolutione, re-
 v. *Serm.* 55. pelletur. Omnes Ecclesiæ filii in Qua-
Cæsar. n. 6. dragesima jejunabunt etiam diebus Sab-
in app. Aug. 249. bati, & sola Dies Dominica erit excepta.
 Ideo istud præcipitur, quia in quibusdam
 Ecclesiis Die Sabbati non jejunabant. In
 c. 13. omnibus Ecclesiis Symbolum Candidatis
 explicabitur eadem die, id est, octava an-
 c. 18. te Pascha. Laici, qui in Festo Nativita-
 tis Domini, in Paschate, & Pentecoste
 non communicabunt, Catholici non re-
 putabuntur. Oratoria ruralia concedi
 possunt illis, qui a sua Parochia longe di-
 stant, ut eorum familia Sacris commode
 interesse possit. (*) In Festis solemnibus
 autem in Civitate degant, aut ad Paro-
 chiam veniant. Ad hæc Festa Pascha,
 Nativitas Domini, Epiphania, Ascensio,
 Pentecostes, S. Joannis, & alia majora re-
 censentur. Clerici, qui memoratis diebus
 Missas in Oratoriis absque Episcopi licen-
 tia celebrare ausi fuerint, excommunica-
 buntur. His Constitutionibus illud ansam
 dedisse videtur, quod Barbari more Ger-
 manorum antiquissimo Ruri magis quam
 in Civitatibus degerent; & forte tunc
 Romani Germanorum ingenium sequi in-
 cipiebant. Sæcularibus præcipitur, ut
 Die

c. 21.
 Concilium
 Agathense.
 Tac. Germ.

c. 47.

(*) En iterum Missarum privatarum Exemplum!

Die Dominica integræ Missæ adsint, & Sæculum VI. A. C. 506.
 non exeant, antequam Episcopus benedixerit, nam Benedictionem istam dare Presbyteri non poterant. Hæc illa erat solemnitas Benedictio, quæ hodieque Festis majoribus ante Communionem in quibusdam Ecclesiis dari solet.

c. 44.

S. Cæsarius hujus Concilii præses magno zelo in hunc abusum incendebatur. Quadam die Sacris operans animadvertit aliquos Ecclesia egredientes, postquam recitatum fuisset Evangelium, ut orationi Episcopi se subtraherent, exclamavitque: *quid facitis, Filii! quo abitis? manete, obsecro per animæ vestræ Salutem! olim in Die Judicii non licebit aufugere.* Exinde vir Sanctus non nunquam jussit, ut recitato Evangelio fores clauderentur. Tandem illi ipsi, qui egressuri fuissent, si licuisset, factum sibi salutare boni consuluerunt. Duos S. Cæsarii Sermones hac super re habemus. In primo Sermone dicit, Missæ Substantiam non in Lectionibus, sed in oblatione, & consecratione Corporis, & Sanguinis Domini Nostri consistere.

vit. S. Cæsarii. l. I. n. 14.

In app. Aug. Sermon. 281. 282. Cæsarii 80. 81. at. 12. 8.

c. 30.

Concilium Agathense etiam quid in officio Ecclesiastico observandum sit, in hoc Canone præscribit. Curandum, sicut ubique usus viget, ut post Antiphonas Presbyteri, & Episcopi Collectas recitent, ut quotidie Hymni matutini, & vesper-

Sæculum VI. vespertini cantentur, in fine officii post
A. C. 506. Hymnos Capitula ex Psalmis excerpta
 recitentur, & post Collectam vesperti-
 nam populus cum Benedictione Episco-
 pi dimittatur. Hic vocem Antiphonam
 accipiendam puto de Psalmis alternanti-
 bus choris decantatis, sicut in historia

Sup. XVIII. Ambrosii. S. Cæsarius in aliquo Ser-
S. 46. monum istorum, quid in hoc Canone præ-
 cipiatur, explicat; nam hortatur, ut Fide-

App. Aug.
Serm. 285. les, postquam cantaverint, orent, dicit-
 que, cantantes quasi feminare, & oran-
 tes femina contegere, ne a volucris au-

Serm. 286. ferantur. Suadet, ut orantes caput in-
 clinent, & ut flectant genua, quando id
 facere a Diacono alta voce monentur.
 Ex his Cæremoniis istarum Antiqui-
 tas demonstratur.

c. 42. Concilium Agathense prohibet Cleri-
 cis, Laicisque, ne operam dent Auguriis,
 aut illi Divinationis generi, qui Sors San-
 ctorum dicebatur, & quæ sub Religionis
 Specie Fidelium animis sese insinuabat.
 Erat autem hæc Divinatio hujusmodi.

Concilium Quemcunque Scripturæ librum aperie-
 Agathense. bant, & prima quæ aperto Libro inspicien-
 tium oculis occurrissent verba, in omen

Aug. ep. 55. rerum futurarum trahebant. S. Augu-
al. 119. ad stinus jam sua ætate hanc Superstitionem
Januar. n. arguerat, & damnaverat. In hoc Con-
37. cilio prohibetur cum comminatione Ex-
 communicationis, quo non obstante ma-
 gis magisque invaluit. De

De Monachis Concilium statuit, ne novum Monasterium absque Licentia Episcopi fundetur, aut Monachi vagi in Civitatibus, vel in Paræciis ruralibus ordinentur, nisi Abbatis sui testimonium afferant. Monachus ex uno Monasterio in aliud transiens, sine Licentia Abbatis sui non recipietur. Hæc Licentia quoque erit necessaria ad Monachum ab Episcopo ordinandum. Monasteria Virginum a Monasteriis virorum sint remota, ut non modo Dæmonis insidiæ devitentur, sed & sermonibus hominum tollatur materia. Hi inter Canones Concilii Agathensis præcipui sunt. Propositum erat Episcopis, anno sequente aliud Concilium Tolosæ celebrare, quo etiam Episcopos Hispaniæ eidem Regi Alarico subditos venturos sperabant; sed ortum interea Bellum haud dubie ab hoc consilio Episcopos removerit. Agathæ visebatur Monasterium trecentorum sexaginta Monachorum quod haud diu ante sub Episcopo Betico fundaverat S. Severus. Is in Syria primo lucem aspexerat, & sub ann. 500. denatus est.

§. II.

S. Cæsarii Initia.

Ipsius S. Cæsarii vita a Monastico Instituto non abhorrebat. Is anno 470 Cabilioni ad Ararim Parentibus piissimis natus,

Sæculum VI.
A.C. 506.

v. Baluz. not.
ad 3. capit.
an. 789. c. 4.
c. 27.

c. 28.

Ep. Cæsar.
ad Ruric. to.
4. Conc. p.
1399.

vit. S. Seve-
ri to. I. Act.
Ben. to. I. p.
563.

vit. S. Cæs.
tom. I. Act.
Ben. p. 659.